Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

iaspidis. & sardinus. & iris in circuitu throni similis
aspectui smaragdino. & circa thronũ alii throni
.xx.iiii. & sup. xx. iiii. thronos. xx. iiii. senes seden
tes amictos uestib⁹ candidis. & sup capita eorum
coronas aureas. Et de throno egrediebantur ful
gura. & uoces. & tonitrua. Et septem lampades
ignis ardentis in cõspectu throni. qui sunt septẽ
spe dei. Et in cõspectu throni sicut mare uitreum
simile cristallo. Multi q̃ throni quos
uidit daniel. hi mihi uidentur esse quos iohs. xx.
iiii. thronos nuncupat. Vetustus autẽ dierũ ille est.
qui apud iohannem solus in throno sedet. filius
quoq; hominis qui uenit ad uetustum dierum.
ipse est qui apud iohannẽ leo dicit̃ de tribu iuda
radix dauid. & cetera his similia. Hos thronos esse
reor de quib⁹ paulus apl̃s loquitur. siue throni siue
dominationes. Et in euglio legimus. uos autẽ sedebi
tis sup. xii. thronos. iudicantes. xii. tribus israhel.
Sedens autẽ & uetustus dierum dicit̃ ds. ut eterni
iudicis habitus demonstretur. Vestimentũ eius
quasi nix candidum. & capilli capitis eius quasi
lana munda. Et saluator transformatur in monte.